



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

A Clemente XI. Ad Benedictum XIII.

Luxemburgi, MDCCXLI.

46. Aliàs ad Apostolatus &c. Declaratio nullitatis quamplurium
Decretorum, Ordinationum, Mandatorum, Edictorum, aliorumque
gestorum in Hispaniis Libertati, Immunitati, & Jurisdictioni Ecclesiasticæ,

...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74859](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74859)

beneficium, aliorumque Beneficiorum Ecclesiasticorum, sive Sæcularium, sive Regularium cuiusvis Ordinis, seu Institutii collatione, quibusvis Canonice, & Præbendarum, aliorumque Beneficiorum huiusmodi Collatoribus, seu Collatoribus ad favorem quarumvis Personarum hæcenus quomodolibet porrectas, & præsentatas, ac (quod absit) in posterum porrigendas, & præsentandas, cum omnibus, & singulis inde secutis, & quodcumque secuturis, penitus, & omnino illicitas, nullas, irritas, & invalidas, viribusque, & effectu vacuas, & de facto attentatas nulliusque roboris, & momenti fuisse, esse, & fore, nec ullatenus attendi debuisse, nec debere; Sed illas, perinde ac si nunquam factæ fuissent, vel emanassent, neque unquam fierent, vel emanarent, pro non extantibus, & non factis semper habendas esse; Collationes insuper, & provisiones earum intuitu factas, & faciendas irritas declaratas, & nemini suffragari debere pronunciat.

Collationes insuper, & provisiones earum intuitu factas, & faciendas irritas declaratas, & nemini suffragari debere pronunciat.

§. 2. Decernentes etiam eandem præsentem litteras, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo quod quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, cuiusvis status, gradus, ordinis, præminentie, & dignitatis existant, seu alias specificæ, & individua mentione, & expressione digni, illis non consenserint, seu ad ea vocati, citati, & auditi, causæque, propter quas præsentem emanarint, sufficienter adductæ, verificatæ, & iustificatæ non fuerint, aut ex alia quolibet, etiam quantumvis juridicâ, & privilegiatâ causâ, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, vel interesse habentium consensus, aliove quolibet etiam quantumvis magno, & substantiali, ac incogitato, & inexcogitabili, individuaque expressionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam vocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illos apositionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato seu etiam motu, scientiâ, & potestatis plenitudine paribus concessio, vel emanato quæpiam in iudicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse; sed ipsas præsentem litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, inviolabiliter, & inconcussè observari. Sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Iudices, Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, & Sedis præditæ Nuncios, aliove quolibet quacumque præminentia, & potestate fungentes, & functuros; sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiri debere, ac ir-

Cum clausula sublata & decreto irritanti.

ricum, & inane, si fecus super his à quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac quatenus opus sit, nostrâ, & Cancellariæ Apostolicæ Regulâ de iure quæsto non tollendo, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non quibusvis, etiam iuramento, confirmatione Apostolicâ, vel quavis firmitate aliâ roboratis statutis, & consuetudinibus, ac usibus, & styliis, etiam immemorabilibus; Privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis Personis quibuslibet, etiam quacumque Ecclesiasticâ, vel mundanâ dignitate fulgentibus, & aliis quomodolibet qualificatis, ac specialem expressionem requirentibus, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque & aliis decretis, etiam motu, scientiâ, & potestatis plenitudine similibus, ac consistorialiter, & aliis quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, editis, factis, ac pluries iteratis, & quantumcumque vicibus approbatis, confirmatis & innovatis.

§. 3. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specificæ, expressæ, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & formâ in illis traditâ observata exprimerentur, & inferrentur, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliâ in suo robore permanens ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, ac derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earundem præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides tam in iudicio, quàm extra illud, ubique adhibeatur, quæ eisdem præsentibus, adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Anno Pontificatus die tertiâ Octobris MDCCXI. Pontificatus Nostri Anno XI.

F. Oliverius.

DECLARATIO

Nullitatis quamplurium Decretorum, Ordinationum, Mandatorum, Edictorum, aliorumque gestorum in Hispaniâ Libertati, Immunitati, & Jurisdictioni Ecclesiasticæ, atque Autoritati Apostolicæ præjudicialium, cum eorum omnium damnatione, revocatione, & abolitione: firmis remanentibus Ecclesiasticis censuris Apostolicæ Sedi reservatis per eos, qui illa perpetrarunt quovis modo incurfis.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Aliâ ad Apostolatus nostri notitiam delatis, quæ non ita pridem in Regnis Hispaniarum, non minus adversus sanctiora quævis Ecclesiæ Jura & libertates, quam adversus Nostram, & Apostolicæ Sedis Dignitatem, ac Jurisdictionem per Sæculi potestatem, non sine

Derogatio amplissima quibusvis que contrariis.

XLVI.

Exponuntur gesta in Regnis Hispaniarum adversus Dignitatem, ac Jurisdictionem S. Sedis

maximo

Expulſio
Nuncii Sedis
Apoſtolicæ.

Interdictio
commercii
cum Romana
Curia.

Prohibitio
facta Regulari-
bus, ne re-
verentiam
exhiberent
Generalibus
proprium
Ordinum in
Alma Urbe
commoranti-
bus.

Impedimen-
ta præſta
executioni
litterarum
Apoſtolicarum.

Diligentiæ
adhibita pro
commendatio-
ne præfatorum
excef-
ſuum.

Illis non ob-
ſtantibus ſe-
cuta eſt uſur-
patione fruc-
tum Eccleſi-
arum vacan-
tium, ſpectan-
tium ad Camer.
Apoſt., per
abulum lai-
calis Potesta-
tis.

maximo totius Chriſtiani Orbis ſcandalo, per-
petrata fuerant; poſſimum verò per Nos accep-
to, quod expulſo ab eiſdem Regnis Venerabili
Fratre Antonio Felice Archiepiſcopo Damasce-
no, Noſtro, & dictæ Sedis Nuncio, ſimulque
inde eiectis omnibus illius Curie Officialibus, ac
proinde abſolito proſus Pontificio Tribunali, oc-
cupatiſque Tabulariis ad illud pertinentibus, Ve-
nerabiles Fratres Archiepiſcopi, & Epicoſopi præ-
dictorum Regnorum ad cauſas, quæ eis minimè
competebant, cognoscendas, aliaque Jura ad
eamdem Sedem, ac illius Nuncium pro tempore
exiſtente unicè ſpectantia exercenda, Regii No-
minis autoritate, ſeu potius abuſu, injuſte non
minus, quàm nulliter excitati fuerant: Quocum-
que Fidelibus illarum Partium cum hac Roma-
nâ Curia, ubi Nos univerſæ Eccleſiæ regimini,
nullis licet meritis noſtris, præſidemus, vetito
commercio, omnique eorum ad illam pro gratiâ,
ſive juſtitia obtinendâ recuſu ita penitus interdic-
to, ut illis etiam, qui eâ de cauſâ ex Hiſpaniis huc
advenierant, ſub comminatione Regiæ indignatio-
nis juſſum fuerit, quatenus à cæptis deſiſterent,
atque ad propria ſine ullâ morâ revertentur;
Nec ſanè minori auſu inter alia multa utrique Cle-
ro earundem Partium perperam injuncta, Regu-
laribus univerſis vetitum fuerat, ne Superioribus
Generalibus ſuorum Ordinum in hac Almâ Urbe
commorantibus, non ſecus, ac ſi apud Hoſtes de-
gerent, ullum cultum, ullamve obedientiam, quâ
eis cæteroque ſolemni voti Religione obſtricti
reperiebantur, exhibere præſumerent; ac demum
ad Nos allato, quod ad conſandam majorem Re-
gio Nomini invidiam, inter cætera antehac ibi
inaudita, acerbiffimum Pontificiæ Noſtræ autho-
ritati inſiditum fuerat vulnus novis Litterarum A-
poſtolicarum executioni interjectis impedimentis,
quibus illæ contra fas omne Laicoſum Hominum
cenſuræ ſubjiciebantur; aliaque plura, quæ longum
nimis eſſet referre, in maximum Eccleſiaſtica Po-
teſtatis contemptum, & injuriam patrari contige-
rat, perinde, ac ſi Inelytæ Hiſpanorum Nationi ob-
cultum pietatis, ac ſingularem in Romanos Pontifi-
ces devotionem per omnes ætates ſummopere com-
mendatâ, ignotum eſſet graviffimis per Sacros Ca-
nones irrogatis pœnis, ac cenſuris illos irretiri, qui
Arcam Dei prophana manu ſic attingere, ſacraque
Eccleſiæ Jura contedere non exhorrent.

§. 1. Nos præmiſſa omnia in mærore, & ama-
ritudine cordis noſtri ſeridè conſiderantes, tum pa-
ternis Litteris, quas lachrymis potius, quàm atra-
mento conſcripſimus, tum aliis adhibitis medijs,
arguimus, obſecravimus, increpavimus, inſtantes
opportunè, impertunè, juxta Apoſtoli monitum,
in omni patientiâ, & doctrinâ, ut prænarra-
ti exceſſus, debita actorum reſiſſione, congruâque
tantorum gravaminum reparatione ſarcirentur:
Charitati interea noſtræ diuturniori longanimitate
indulgentes, ut qui illa amiſerant, in eam, à qua
tam longè aberaverant, Juſtitia viam, agnitâ
tandem veritatis luce, redirent.

§. 2. Cum autem, ſicut non ſine ingenti animi
noſtri moleſtiâ, nuper accepimus, pravis illorum
prævalentibus conſilijs, qui ad tutelam, & am-
plificationem Regiæ Dignitatis pertinere arbitran-
tur Eccleſiaſticam authoritatem modis omnibus im-
petere, quæcumque Nos hac in re charitate ſua-
dente, & quaſi anteaſtorum obſiti, hucusque pe-
regimus; parandæ optatæ tranquillitati aled non
profuerint, ut iis penitus neglectis, nova potius
in dies gravamina prioribus adjecta fuiſſe audivi-
mus; Cujusmodi profecto ſunt Decreta illa, qui-
bus ſecularem poteſtatem ed deveniſſe percepi-
mus, ut non modò ad vacantium in dictis Parti-
bus Eccleſiarum fructus, juxta veterem, ac imme-
morabilem, conſuetudinem nec non noſſimam

tot Apoſtolicarum Conſtitutionum diſpoſitionem
ad Cameram Noſtram Apoſtolicam ſpectantes, ma-
nus appoſuerit, contemptis proſus Eccleſiaſti-
cis cenſuris tam generatim per Concilium Triden-
tinum ſeſ. XXI. de Reformat. cap. XI. adverſus
cujusvis Eccleſiæ bonorum, rerum, jurium, fruc-
tum, ac reddituum Occupatores latis, quàm ſpe-
ciatim per eaſdem Apoſtolicas, ac præſertim fel.
rec. Pauli III., Julii etiam III., Pii V., ac Gre-
gorii XIII. Romanorum Pontificum Prædeceſſo-
rum Noſtrorum ſuper Eccleſiarum in Hiſpaniis va-
cantium fructibus, illorumque adminiſtratione edi-
tas Conſtitutiones, adverſus illarum Tranſgreſ-
ſores, inſictis: Verum etiam novam quandam ab
Hiſpanis in Apoſtolicarum Litterarum expeditione
ſervandam formam; & hanc quidam Pontificiæ
Jurisdictionis ſummopere læſivam, ac illius liber-
tatis, quâ Fidelibus omnibus, in ſuis poſſimum
ſpiritualibus neceſſitatibus, ad hanc Sanctam Se-
dem, unde Catholice Religionis oracula in uni-
verſum Orbem diſfunduntur, recurrere fas eſt, pe-
nitus everſivam, præſcribere non erubuerit.

§. 3. Hinc eſt, quod Nos, ne in tam aperta
Apoſtolicæ autoritatis, atque Eccleſiaſticae Immu-
nitatis oppugnatione torpescere videamur, deſer-
tæque turpiter Dei Cauſæ rei efficiamur: tametſi
notorii, & explorati juris ſit ea omnia, quæ in
præjudicium Eccleſiæ, ejuſque Jurium, præſertim
à Laicis, quovis modo attentantur, nullius pro-
fus eſſe roboris, & momenti; quinimodò rec. mem:
Urbanus Papa VIII. itidem Prædeceſſor Noſter
dictæ Apoſtolicæ Sedis, Romanæque, & aliarum
inferiorum Eccleſiarum, ac Perſonarum Eccleſiaſti-
carum jura quæcumque à præjudicialibus hujus-
modi per quandam ſuam Conſtitutionem die v.
Junii MDCXXI. editam ampliffimè præſervave-
rit: Ac Nos ipſi plura ex præmiſſis, quæ tunc No-
bis innotuerant, quæque in quibusdam Litteris an-
te duos annos Epicoſpis, Eccleſiis, Univerſitati-
bus, ac Clero Regulari Hiſpaniarum à Sæculari Po-
teſtate conſcriptis continebantur, nulla, irrita, in-
valida, damnata, & reprobata fuiſſe, & eſſe per
alias noſtras in ſimili formâ Brevis Litteras die II.
Octobris MDCCIX. expeditas, quarum teno-
rem præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſ-
ſo, ac infero haberi volumus. declaraverimus:
Nunc tamen Eccleſiæ, & dictæ Sedis jurium in-
demnitati per amplius conſulere, necnon Anima-
rum periculis, quantum Nobis ex alto conceditur,
uberius occurrere cupientes, ac omnium, & ſin-
gularum, quæ in præmiſſis, ſeu eorum occasione
quovis modo decreta, ordinata, acta, & geſta fue-
runt, ſeriem, cauſas, & circumſtantias, etiam ag-
gravantes, aliave quæcumque etiam ſpecificam,
& individuum mentionem, & expreſſionem requi-
rentia præſentibus pro plenè, & ſufficienter ex-
preſſis, & exactè ſpecificatis habentes: Motu pro-
prio, ac ex certâ ſcientiâ, & maturâ deliberatione
noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine,
omnia & ſingula Decreta, Ordinationes, Litteras
Intimationes, Mandata, Edita, & alia quælibet
in præmiſſis; ſeu earum occasione in præjudicium
libertatis, Immunitatis, & Jurisdictionis Eccle-
ſiaſticae, atque autoritatis Apoſtolicæ reſpectivè
quovis modo emanata, edita, acta, geſta, & pe-
petrata, cum omnibus, & ſingulis inde ſecutis, &
forſan quancumque ſecutus penitus, & omnino
nulla, irrita, invalida, injuſta, damnata, reprobata,
inania, & à non habentibus poteſtatem damnabi-
liter attentata, ac de facto præſumpta, nulliusque
roboris, & momenti, vel efficacitæ eſſe, & ab ini-
tio fuiſſe, & perpetuo fore, neminemque ad illo-
rum obſervantiam teneri: imò nec ea à quopiam
obſervari poſſe, vel potuiſſe, nec ex illis cuiquam
aliquod jus, vel actionem, aut ritulum, etiam
coloratum, aut poſſidendi, ſeu quaſi poſſidendi,

Nova forma
indicta in ex-
peditione li-
terarum A-
poſtolicæ S.
Sedi læſiva.

Nullitas om-
nium præ-
miſſorum.

Præſertim ex
capite Con-
ſtitutionis fe-
lic. record.
Urbanii
VIII. ac
Brevis pro
fan. me. Cle-
mentem XI.
ſcriptorum.

Declaratio
nullitatis
omnium Or-
dinationum,
Decretorum,
& geſ-
torum circa
præmiſſa,
cum repro-
batione ju-
ris, tituli, &
actionis cu-
juſcumque
inde pro-
fluens.

Reprobatio
omnium prae-
missorum.

vel praescribendi, causam acquisitam, vel acqui-
tum fuisse, vel esse, aut quandocumque acquiri,
vel competere posse, neque illa ullum statum fa-
cere, vel fecisse, sed perinde, ac si nunquam ema-
nassent, nec facta fuissent, pro non extantibus,
& non factis perpetuo itidem haberi debere, te-
nere praesentium denuo declaramus. Et nihilomi-
nus ad majorem, & abundantiore cautelam,
& quatenus opus sit, illa omnia, & singula mo-
tu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitu-
dine paribus harum serie damnamus, reprobamus,
revocamus, cassamus, irritamus, annullamus, &
abolemus, viribusque, & effectu penitus, & om-
nino vacuumus, ac pro damnatis, reprobatis, re-
vocatis, cassatis, irritis, nullis invalidis, & aboli-
tis, viribusque, & effectu penitus, & omnino va-
cuis semper haberi volumus, & mandamus, & con-
tra illa, deque eorum nullitate coram Deo pro-
testamur.

Decretum
firmitatis
censurarum,
& poenarum
contra prae-
missa perpe-
trantes cum
reservatione
absolutionis
S. Sedi.

§. 4. Firmas praeterea, ac salvas esse similiter
volumus, atque decernimus quascumque cen-
suras, & poenas Ecclesiasticas, quas ii omnes, qui
praemissa perpetrarunt, mandantur, vel rata ha-
buerunt, seu in eis auxilium, consilium, vel fa-
vorem quomodolibet praestiterunt, cujuscumque
praeminentiae, & dignitatis fuerint, propter ea-
dem praemissa quovis modo incurrerunt, a qui-
bus, post condignam Ecclesiae praestitam satisfactio-
nem, non nisi a Nobis, seu Romano Pontifice pro
tempore existente (praeterquam in mortis articulo,
& tunc cum reincidentia in easdem censuras eo
ipso, quo convaluerint) absolvi, & liberari valeant.
Facultate insuper Nobis, & eidem Sanctae Sedi
expressè reservata, quatenus illi minimè redierint
ad cor, ad alia canonica, ac severiora remedia
quandocumque procedendi.

Decreta ro-
borantia cum
clausula su-
blata, & irri-
tante.

§. 5. Decernentes etiam easdem praesentes liti-
teras, & in eis contenta quaecumque, etiam ex eo
quod praefati, aut alii quicumque in praemissis, seu
eorum aliquo Jus, vel interesse habentes, seu
habere quomodolibet praetendentes, cujusvis sta-
tus, gradus, ordinis, praeminentiae, & dignitatis
existent, seu alias specificè, & individua mentio-
ne, & expressione digni, illis non consenserint,
nec ad ea vocati, citati, & auditi, causaeque,
propter quas praesentes emanarint, sufficienter
adductae, verificatae, & iustificatae non fuerint,
aut ex alia qualibet, etiam quantumvis juridi-
ca, & privilegiata causa, colore, praetextu, &
capite, etiam in corpore juris clauso, etiam enormis,
enormissima, & totalis laesionis, nullo unquam
tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nul-
litate vitio, seu intentionis nostrae, vel interesse
habentium consensus, aliove quolibet, etiam
quantumvis magno, & substantiali, ac in-
cogitato & incogitabili defectu notari, im-
pugnari, infringi, retractari, in controver-
siam vocari, aut ad terminos juris reduci,
seu adversus illas aperiitionis oris, restituti-
onis in integrum, aliudve quodcumque juris, fac-
ti, vel gratiae remedium intentari, vel impe-
trari, aut impetrato, seu etiam motu, scientia,
& potestatis plenitudine paribus concessio,
vel emanato, quempiam in iudicio, vel extra il-
lud uti, seu se juvare ullo modo posse: Sed ipsas
praesentes literas semper firmas, validas, & ef-
ficaces existere, & fore, suorumque plenarios, &
integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis,
ad quos spectat, & pro tempore quandocumque
spectabit, inviolabiliter, & inconcussè observari;
Sicque, & non aliter in praemissis per quoscumque
Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Caesarum
Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. Ecclesiae Car-
dinales, etiam de latere Legatos, & ejusdem Sedis
Nuncios, aliove quoslibet, quacumque praemi-
nentia, & potestate fungentes, & functuros, su-

blata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judi-
candi, & interpretandi facultate, & auctoritate
judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane
si secus super his a quoquam quavis auctoritate
scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio
contrario-
rum.

§. 6. Non obstantibus praemissis, ac quatenus
opus sit, nostrae, & Cancellariae Apostolicae re-
gulae de jure quaesito non tollendo, aliisque A-
postolicis, ac in Universalibus, provincialibusque,
& Synodalibus Conciliis editis generali-
bus, vel specialibus Constitutionibus, & ordi-
nationibus; necnon quibusvis, etiam juramento,
confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia
roboratis statutis, & consuetudinibus, ac usibus,
& styli, etiam immemorabilibus, privilegiis quo-
que, indultis, & literis Apostolicis quibuscumque
Personis etiam quantumvis sublimibus, & specia-
lissimè mentione dignis sub quibuscumque verbo-
rum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis,
etiam derogatarum derogatoriis, aliisque effi-
caciorebus, efficacissimis, & insolitis clausulis,
irritantibusque, & aliis Decretis, etiam motu,
scientia, & potestatis plenitudine similibus, seu
ad quorumcumque Personarum, etiam Imperiali,
Regali, aliave qualibet mundana, vel ecclesiastica
dignitate fulgentium instantiam, vel earum con-
templatione, seu alias quomodolibet in genere,
vel in specie, etiam consistorialiter in contrarium
praemissorum concessis, editis, factis, ac pluries
iteratis, & quantiscumque vicibus approbatis,
& confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, &
singulis, etiam pro illorum sufficienti derogatione
de illis, eorumque totis tenoribus specialis, spe-
cifica, expressa, & individua, ac de verbo ad ver-
bum, non autem per clausulas generales idem im-
portantes mentio, seu quavis alia expressio habenda,
aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda
foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad
verbum nihil penitus omissio, & forma in illis
tradita observata exprimerentur, & infereren-
tur praesentibus pro plenè, & sufficienter ex-
pressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo
robore permanens, ad praemissorum effectum
hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus,
ac derogatum esse volumus, ceterisque
contrariis quibuscumque.

Fides habenda
transumptis.

§. 7. Volumus autem, ut earumdem praesentium
literarum transumptis, seu exemplis, etiam
impressis, manu alicujus Notarii publici
subscriptis, & sigillo Personae in Ecclesiastica di-
gnitate constitutae munitis, eadem prorsus fides
tam in iudicio, quam extra illud ubique adhibea-
tur, quae eidem praesentibus adhiberetur, si forent
exhibita, vel ostensa. Datum Romae apud Sanctam
Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris
die xvii. Octobris MDCCXI. Pontificatus Nostri
Anno XI.

Dat. die 17.
Octobris an-
no 1711.

F. Oliverius.

CONSTITUTIO

XLVII.

Super studiis, & gradibus Ordinis Carmelitarum.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Petrus
Thomas Sanchez Prior Generalis Ordinis Fra-
trum Beatae Mariae Virginis de Monte Carmelo,
quod licet per Constitutiones dicti Ordinis anti-
quae Observantiae nuncupat. part. prima cap. 17.
& 18., certa forma tam circa studia, quam circa
qualitates in Studentibus ad gradus scholasticos
promovendis requisitas, incipiendo ab officio

Narratur ob-
servantia
quorundam
Constitutio-
num tam cir-
ca studia,
quam circa
promotio-
nem Studen-
tium ad gra-
dus scholasti-
cos in non-
nullis Provin-
cis Ordinis
Carmelita-
rum usque ad
annum 1680.

Cur.